Nr. 145)

[= Mscr. a. 12: Nr. 107]

D. Jacobo Mylio · Heidelbergae.

Pax Christi.

Dilecte frater narrabo nunc quae non libenter audias et quorum te gratia misereat
mei. Cum me (ut scripsi nuper) Magistratus Bremam revocasset, [illegible] anni
Ludovichio praefectum, hanc urbem pestilentia correpta esset. cogitavi uxorem gravidam
cum puero Molano. Non enim poterat uxor adduci ullis rationibus vel meis
vel parentum, ut aut me non sequeretur, aut puerulum Sororis relinqueret.
Hactenus nihil est mali. Ego veni ad legitimam vocationem. Coniunx adhaesit
viro. filiolus parenti. Totum hic ministerium de Cantore concertatum est. Tandem
cum bonorum pertinaciter decretum Senatus extorsit ut importunus ille remo-
veretur, mihique in scholis docendi libertas esset. Interea dum ego
ingressus sum schola. 13. Cal. maias. 12. (ni fallor) meus heres aegrotare coepit
quem 8. aut 7. inter complexus Matris et meos acerba pestis hausit
In tantis angustiis foetus qui adhuc in utero erat, vix tandem concipi potuit quin
sua claustra perfringeret. Cum fortunam? aderat sorte Dn. Francisci Coron.
uxor. rogavi ut primumque puerulus exspiravit, transferret meam in aliam domum
recepit ea Cornelij uxor vidua. Secuti sunt et adolescentes quoque quos mihi
passus sum ad filium meum accedere. Soli filio promovere [illegible]. Octo diebus
soli apud viduam viximus. Interea et cogebant angustiae et metus contagij adoles-
scentes amittere. quos nec alere in aliena domo potuerim commode neque pariter docere.
Forte Francisci Coniunx quae nos visitabat subinde solandi gratia Emdam iter habebat.
ei cum vellem Adolescentes iungere. suadere coepit ut meam quoque adiungerem. Hoc
consilium probabat et aliae Matronae quae meam voluissent quam longissime a contagio abesse.
Profugerat huc e Flandria Cornelius de Gotte [illegible] mei Coniugis frater. vir satis
maturus, diligens, cordatus, rogavit [illegible] mea uxor ut huic quoque adiungerem
eum defensorem si quid pericli accidisset. Vix Emdam pervenerat cum mi-
hi domi utramque ancillam pestis arripuit. Alteram quam post paucis diebus sustulit
alteram animi sui impotens atque morbus gravissime afflixit, ut nunc demum diu
convaluerit. Ea erat Gretta Campanarii filia quae vixerat probissime Domi. Hic
ego hic tria funera duxi spectante populo. et partim plaudente, partim collacrymante.
Ancillis alteram duas feminas custodes, accessi et ego subinde, solertia curator et [illegible]
neque quemquam eis passus sum deesse vel solatij vel consolationis. Esset mihi utinam haec
iusta officia etiam meae dulciss. Coniugi praestare potuissem; Dum haec aguntur Bremae
illa ignara malorum nostrorum scribit ex Emda. 6. die Maji salvam sibi cum comitibus
venisse. pueros collocatos apud doctum virum. [illegible] aliquid [illegible]. quarto post die
si Deus velit sese futuram meum Bremae. Epistola eius ad me plena est admodum et
plena solidae consolationis. Audi nunc quod est tristissimum. Octavo die Maji aut
+ Francisci Coniugem septimo + certa pestis invasit, eaque postridie extinxit. Mea tum septimo casu fecit
consternata die, mense eius decimo fecit abortum undecimo cum partus doloribus cum [illegible]
in medio e domo exspiravit et in domino acquievit. Vides mi frater quantum luctus
mihi Dominus uno tempore cumulaverit. homini afflicto sit aliquin et deserto

Et inter tam celebri familia nihil reliquit nisi ancillam quandam. Nunc hoc
inter dulciss. coniugi gratulor quod tam velociter Deus matrem Catharinam diutius
consortem esse. Quod saepe ardenter optaverat, videt integritatem Ecclesiae Embdensis
servatam in fratribus et sororibus piis, etiam quondam integra valetudine, loquuta
est cum fratribus cum Arnoldo Conrectore, cum eius collega Coelgerio, cum
Isbrando Ministro Antuerpiano, cum Zacharia Rhetio aliisque piis et
notis qui illuc profugerant e Brabantia. Hoc etiam est optabilius (sic enim
singulas scripsit epistolas) quam si brevi in meo conspectu mortua esset.
Neque dubito quin singulari providentia divinae misericordiae hoc acciderit
cum ego meique in meis summis doloribus quanta possim humilitati subjicio
quo animus solvetur. aut loqui aliquid aut cogitare. Sensi inter hos
acerbos Diaboli morsus et terrores anxios, in quibus mihi filius Dei
affuit, et firmam consolationem e stratis suggessit. Cui me cum liberis
paterfamilias suspiriis et lacrymis suppliciter commendo. ut mihi
spiritum subtrahat, neque hic in ista confusione orphanum relinquat. Dat.
pentecostes brevi. 1567. tuus amicus et frater Joh. Molanus
Vale mi Jacobe cum liberis et cara coniuge. Apud Dn. Olenterum
Sorbinum. apud Doctorem Olevianum debet esse mihi epistola brevi. Eius
frater Franciscus solus est intra urbem pergit scinire pestilentia mittam
eum Dusseldorpium ad Monhemii generum.

[= Mansion A 12: Nr. 108] No. 146

Bartholomeo Mercatori affini meo et fratri.

Bartholomee frater. Quod Deus secundet consilium tuum tibi gratulor et ipsius bonitati
gratias ago. Nihil est Theodoro nostro dulcius, si potuit cum illo in unis ædibus
esse. Videbatur tibi a nostra consuetudine non prorsus abhorrere. Ego credo te tam
post felicitatem animo comprehendere qui quidem istuc profugit illecebras
simul terrestris et Dei gratia fretus totum te ipsum cultui sacrificantibus. Cave
putes hoc summum divinae commiserationis beneficium carnis iudicio aestimandum esse.
Omnis expectatio neque mundo est cognita neque ipsis Dei filiis potest patefieri.
Tantum fac ut fide et mediocri diligentia Deo vocati vis hodie Domus verbo et
spiritui te prorsus gubernandum permittas. Experiere paulatim quam suave
sit Deus animae quaerenti ipsum. Eveniet adversa et aspera. sed nihil te frangat
si serio expenderis te huic tantae felicitati in Christo possidendae conditum esse.
Sed nolo esse monitor. quum in ista celebritate sciam te non defuturi gratia (meo
quidem iudicio) nihil est hac tempestate sanctius in Europa. Erunt tamen et istic
quae tuum animum exulcerent. sed memineris te esse etiam nunc in mundo. qui (ut
5. ait Johannes) ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Mihi postquam hic vidi multa
accidere quae neque mei possunt vitare neque te cognoscere. Pueri quos Duisburgi
relinquentem convocari non potuerunt. Crescit divinum contagio etiam quos hic
adoptavi abegeram. Meum filiolum animae meae diuitias gratulor dilectus sortibus
utrosque parentes acerba pestis affixit quando absorpsit. Eius morte conviciatus
sum dilectus plusculum graviter fane. Nunc tamen ad me vidi et in domo habitat ac
quiesco